

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 12.09.1720

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 31

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238093

Berolini, Septemb. XII.
MDCCCXX.

V.R. summe Reverende,
Parens atque Praceptor pio
obsequii cultu colende,

Dene factum esse existimo, quod munus auctu-
cum literis in aulam delatum, haud longio-
ri mora interiecta. Consectim enim universi
Wusterhusam abierunt, unde vis ante festum
Michaelis redituros existimamus. Locus quidem
non fuit urbis Hierosolymitanae demonst-
randa: potest autem accidere, ut post reditum id
a me requiratur. Interim ad hoc faciendum
paratus sum. Studio, Principem nostrum, ~~et~~
regni heredem, oculo curioso illam urbis for-
mam inspersisse. Generosiss. Dns de Kameke
Wusterhusa est et a nostris adibus remota
nunc agit. Quotidie autem sibi nunciari
vult, quid filius agat, et quam operam
studii impendat. Dicor illi nuper nonni-
hil iniucundus fuisse ob querelam de fi-
lio suo, quae videbatur illi severius facta.
Idque haec obscuris indicis ipse animad-
verti. Sed hic mihi conscius sum integri-
tis eius, quam in rebus cuiusmodi, quae sunt
non minimi momenti, abicere nequeo. Neque
vero feci, quod praepatore indignum esset. Non
e-

enim flagitavi, ut in filium acerbius invehe-
retur, sed interroganti rem, qualis erat, can-
dide exposui, ipsamque, cum commotiorem vi-
derem, ^{matris} submittere rogavi, ne imitaretur, sed
spatium ^{matris} daret, omnia, quae ipsa opus iudi-
caret, iuste et circumspicite exequendi. Gra-
tias autem ago Deo, quod nondum virgis
in ipsum puerulum, etsi nonnunquam illis se
dignissimum reddiderit, animadvertere compulsus
sum, viasque alias hactenus cum illo viven-
di repererim, ne forte conqueri queant, me
indigno aliquo modo ipsum tractasse. Consi-
tuit autem ^{matris} circa septem Michaelis, illum de-
nuo examini submittere, quo iudicari posset
utrum profecerit in studiis, an minus. Quam
conditionem non defugio, nec detrecto. Novi e-
nim, quos pueri labores, et quanta inter
impedimenta, insumperim. Deus, cui perfecta
sunt omnia, et quid, recte faciam, et quid
peccem, largiatur hoc mihi beneficium, ut
saltem illi, penes quos iudicium harum re-
rum erit, aliquando earum rerum cogno-
scant, in quibus hactenus profecit. Non est,
quod de ingenio pueri conquerar. Illud enim
satis felix est. Sed fatigat me irreverentia
cum ~~erga~~ in rebus sacris, tum erga pra-
ce-

ceptorem. Novi equidem condonare, qui pueri pec-
cant. Sed irreverentia tamen reprimenda po-
tius, quam fovenda est. Haec enim et impedi-
vit hactenus studia nostra, et in posterum eadem
non modo impediet, sed animum quoque intine
corrumpet, nisi obviam catur. Equidem
hunc animum gerō, ut magnum emolumen-
tum, adjumentumque vitæ meæ in hoc situm
arbitrer, ut hominibus displicere paulatim
dicam. Itaque patienter expecto, quid res i-
psa latura sit. Misereatur mei modo Domi-
nus, ne cui ~~et~~ succumbam, aut omit-
tam ullum ~~in~~ ~~genus~~ humilitatisque
genus, quo animos illorum conciliare, illis
denuo talis apparere queam, qualem me
illis apparere vel ipsa filii educatio et in-
stitutio, si felix esse debet, requirit. Idque
latus expecto. Forsan Dr. Praepos. Reinbeck adven-
it in examine futuro. Quod opto. Novit enim ille
difficultates adium nostrarum. Dñum Insp.
Koloff et Dr. Consiliar. Intimum de Coccis inter-
futuros eidem haut dubito. His enim pra-
sentibus examen nuperum fiebat. Regem
nostrum Wüsterhusa colicis doloribus afflictum
esse, qui nunc remittunt, narratur. Juvenis
qui-

quidam nobilis, de Münchau, qui fuit in mi-
litum numero, post rixam interfecto commili-
tone, L'ernavia in custodia tenetur, cui hebdo-
mas proxima vita finem afferet. Sclopeto, an
gladio, nondum satis constat. Mater eius, vi-
dua, compluribus vicibus nuper Intm de Ka-
meken convenit, sperans, precibus reginae fili-
o vitam servatum iri. Sed illam hoc à
rege responsum tulisse dicunt, nisi iudices salva
conscientia id fieri posse negent, se non repu-
gnaturum precibus matris. Utaque capitis
illum iam damnatum esse. Nihil unquam in
vita tristius ac miserabilius me videre me-
mini, hac matre, quæ tanto dolore oppres-
sa erat, ut mirum non sit, si vel mente ca-
piatur. Si ut Deus animum suum pater-
num in Christo patefaciat, in tantis eius
arumnis merito optamus.

Sed finem nunc facio scribendi, tra-
dens te, Vir summe Reverende, tuisque
omnes amori ardentissimo patris coelestis,
qui te latum virentemque Ecclesiae suae
bono quam diutissime servet. Cum

Quoniam Vir summe Reverendus
Dn. D. Langius per Studiosum omni cultu et obse-
Dn. Maschau ex me quasi voluit, quis
ecquid de Studio responsum in con- Augustus John.
sistoria decretum sit, rogo, ut schedula
cum his literis coniuncta illi tradatur.